

XX
 XXX

Oratio Funebr. I X.

2. Reg. 22. & 23. Vel legatur Textus
 ex 2. Paral. 34. v. 3. de Josia rege
 Juda.

Quum corpus Illustrissimi Principis
W O L F G A N G I P A L A T I N I, & c.
 postliminiò ex Galliis translatum,
 Maisenheimiæ sepeliretur, concio
 Biponti, die 23. Septemb.
 Anno 1571.

*Ex præscripto Germanico Neoburgo misso,
 à Pantaleone prælecta.*

VWolfgäus
 ante bien-
 nium mor-
 tuus in Gal-
 liis.



AM antè satis vobis constat, dile-
 ctissimi auditores, quemadmo-
 dum illustrissimus & inclitissi-
 mus noster quondam Princeps &
 Dominus D. Wolfgangus Palatinus Rhe-
 ni, Dux Bavarix, Comes Veldèriæ & Spon-
 heim, p. m. ante biennium & amplius, ex-
 tra Germaniam secundum dispositionem
 DEI, cujus voluntati nemo resistere vel de-
 bet vel potest, erumnosam & caducam hanc
 vitam, cum cælesti & æterna commutarit,
 vel, ut Scriptura loquitur, viam universæ
 terræ ingressus sit, & ad suum populum, hoc
 est,